



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

63 Experientia multarum rerum ornatum & armatum esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

in *Paffor*. Qui in conspectu populi malè viuit, quantum in illo est, eum, à quo attenditur, occidit; quanto igitur grauius, si is etiam imitetur? Caveat igitur Magistratus, ac audiat proverbium illud antiquiss. & grauiss. ἄλλωμ' ἰατρὸς, αὐτὸς δὲ αὐτῷ ὄφθαλμῳ: alijs Medicus, cùm ipse vlceribus scateas, aut illud: ἰχθὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἀρχεται: piscis à capite scetere incipit, hoc est, contagione Magistratus reliquum vulgus inficitur.

## SIGNVM LXIII.

EXPERIENTIA MVLTARVM  
rerum ornatum esse.

*Experientia  
rerum in-  
struētā esse.*

1. *Emades*, optimè in Rep. versatus, cùm aliquando interrogaretur, quem in sapientia querenda præceptorem habuisset? *Tribunal*, respondit, *sibeniensium*: existimabat enim in foro, & in rebus agendis experientiam quauis institutione Philosophica potiorem esse. Certè, qui sua decoxerunt, re quidem opitulari non possunt; at tamen consilio iuuant alios, ne profusiores sint quam oportet: & qui diu eum tenaci morbo collectari sunt, optimè commonstrant alijs, quomodo vel vitari malum vel sanari queat: & qui fregerunt nauim, soluentibus ostendunt vitanda pericula.

2. *Tassus Harmonaus* interrogatus, quidnam in civili vita præ cæteris esset sapientius? respondit, experientia: acies enim ingenij eruditione quidè acuitur & expolitur; at vis agendi multis experientis rerumque tractatione. *Stob. ex Plur.*

Hire

Hinc Philopœmenes dicebat: Doctrinam debet ad facta tendere, non otij aut inutilis loquacitatis causa vsurpari. *Plur.*

3. Cùm *Paulus AEmilius* per loca præruptiora rupisset in Macedoniam, & vidisset instructam hostium aciem, exhortante *Nasica*, ut procius inuaderet hostem: *Facerem*, inquit, *situa est ætatis, verùm multarum experientia rerum prohibet, ne ex itinere statim cum instructa acie ingrediar.* Idem.

4. *Antigonus* interrogatus, quem è suis Ducibus præstantissimum iudicaret? *Pyrrhus* respondit, si senesceret. Optimum fore pronuntiavit, si rerum experientiam ætas adiungeret. Neque enim magni momenti est eruditio, minus experientiæ que ad mniculo.

5. *Dux Albanus* scientiam aiebat nuda ratione lectione paratam similem esse lacu compluvij, quæ verò rerum vsu adipiscitur aquis perenni limpidis. Quorum enim mentes varijs reventibus illustratæ sunt, perspiciores sunt, quorum vita quietis & umbratilibus illustrata fuit. Hinc qui cæteris eruditione sapientia præstant, apertè fatentur, suam prudentiæ & solertiæ fiduciam non tam multis, quod aiunt, magistris, quam à viuis, id est, rerum experientia accepisse.

(.)